

linas calefacit, extingui putantes, surdo & cæco impetu se contrà opponunt.

Deut. 8. d. 18.

Artic. 35.

Annotatio, Diuitiæ & alia corpori necessaria, misericordiæ Dei tribuenda, non nostris viribus. Bibliis 1528. 1532. 1540. 1546.

Censura, Hæc annotatio falsa est pro secunda parte, Non nostris viribus: & sapit hæresim.

Si proprijs viribus victum & corpori necessaria sibi comparant homines, mendax est ac simulata precatio, qua nobis panem quotidianũ à Deo donari optamus. Et illo testimonio, vnde decerpta est annotatio, nihil clari⁹, Nedicas in corde tuo, Fortitudo mea & robur manus meæ dedit mihi hæc omnia. Sacrificent ergo isti virtuti suæ, & in ea superbiant. Tãdem visitabit Dominus super fructum magnifici cordis quod secum ita loquitur, In fortitudine manus meæ feci, & c. quemadmodum denũtiat per Esaiam, cap. 10. c. 13. Nobis sciamus nullũ nisi ex Dei benedictione successum sperandum esse. Frustra mane surgunt, frustra sero cubitum eunt, & comedunt panem doloris, qui viribus suis freti la-